

# SCRIPTA

**Numéro Scripta :** 9018

**Auteur(s) :** Achard, Avranches (évêque)

**Bénéficiaire(s) :** Savigny-le-Vieux, Sainte-Trinité de Savigny (abbaye)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** [1161-1163]

**Action juridique :** confirmation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Achard, évêque d'Avranches, avec l'accord de son chapitre, confirme à l'abbaye de Savigny les donations qui lui ont été faites par Renouf de Virey et qui ont été confirmées par ses prédécesseurs Turgis, Richard et Herbert.

## Tableau de la tradition

### Original

A. Paris, Arch. Nat., L 978, n. 1357.

### Éditions principales

a. POULLE, Béatrice, Le chartier de Savigny : Liber cartarum, capitula cartarum in episcopatu abrincensis, édition inédite, p. 28.

## Dissertation critique

Transcription : Claude Groud-Cordray (Cartulaire de l'abbaye de Savigny ou Liber cartarum domus Savigneii, episcopatu Abrincensi, n° XVI)

Achard évêque d'Avranches (1161-1171) ; Guillaume abbé de Savigny (1161-1163).

### Texte d'après A

Universis sancte matris ecclesie filiis tam prelatis quam subditis Achardus Abrincensis ecclesie humilis minister salutem et fraterne dilectionis instantiam. Notum sit presentibus et futuris quoniam ego, consensu et coniventia tocius capitulo Beati Andree, concedo et concedendo confirmo ecclesie et monachis sancte Trinitatis de Savigneio in perpetuam elemosinali juste et canonice possidendam donum quod Ranulfus de Virei et Guillelmus et Rogerius fratres ejus et Agnes mater eorum et uxores eorumdem Odelina videlicet Ranulfi et Elisabeth Guillelmi dederunt eidem ecclesie et monachis sancte Trinitatis de Savigneio ecclesiam videlicet sanctorum Gervasii et Prothasii de Vireio ex integro, ecclesiam sancti Martini de Briceio ex integro, ecclesiam de Maidreio excepta tercia garba decime quam inde habent sanctimoniales de Redonensi cenobio, ecclesiam etiam de molinis similiter ex integro salvo jure episcopali in omnibus quas scilicet ecclesias predecessores nostri Abrincarum episcopi bone memorie Turgisius et Ricardus et Herbertus eidem ecclesie Savigneii antea donaverant atque concesserant, preterea in logis landam Gaufridi cum duabus garbis decime ejusdem terre que omnia dederunt eidem ecclesie et monachis supradictus Ranulfus de Vireio et fratres ejus et Flaaldus avunculus eorum, sicut illa habebant in suo dominio in predictis quoque logis quandam terram de Rohardet vocatur cum duabus garbis decime terre quam terram cum pertinentiis suis dederunt Eudo Babilonie et Rohedis uxor ejus et Johannes filius eorum et Guido frater ejusdem Eudonis cum filiis suis admonitione pariter et concessu prefati Rogerii domini sui. Has itaque donaciones

universitas concedo et presentis page conscriptione confirmo et ut inconcusse in perpetuum maneant nostri sigilli subpositione communio sed et subscriptarum personarum attestacione corroboro, Fulcherii et Godefridi archidiaconi, Gisleberti cantoris, Henrici medici, Hugonis thesaurarii, Guillelmi abbatis Savigneii, Guillelmi et Petri monachorum.